

terent plus pinguiū reperiat. uerū ægrum sexta decima luna perungi tradunt, ex eodem genere
 testudinū sanguis instillatus crebro capitis dolores sedat. item strumas. Sunt qui testudinum sangui
 nem cultro æreo supinæ capitibus præcis excipi nouo fictili iubeant. ignem sacrum cuiuscūq; gene
 ris sanguine illini. item capitis ulcera manantia. & uerrucas. idem promittunt testudinū omniū limo
 panos discuti. Et licet incredibile dictu sit. aliqui tradunt tardius ira nauigia: testudinis pedē dextæ
 uehementia. hinc deinde in morbos digerem aquatilia. non quia ignoremus gratiorem esse uniuersita
 tem animalium: maiorisq; miraculi: Sed hoc utilius est uitæ cōtributa habere remedia: cū aliud alii p̄sit
 Aliud alibi facilius inueniatur. Venenatū mel diximus ubi nasceretur: Auxilio est piscis aurata i cibo
 Vel si ex melle sincero fastidiū cruditasue quæ sit grauissima incidat. Testudinē circuncisis pedibus:
 capite cauda decoctam antidotū esse auctor est pelops Scincoq; appelles. Qui esset Scincus. diximus
 Sapius uero quantū ueneficium prestatet menstruis mulierū. Contra omnia ea auxiliatur: ut dixi
 mus: nullus. item contra pastinacam & scorpiones terrestres marinosq; & dracones & phalāgia illi
 tus sumptasue in cibo. eiusdē recentis e capite cinis contra omnia uenena. priuatim contra fungos:
 mala medicamenta inferri negant posse. aut certe nocere stella maria uulpino sanguine illita: & affi
 xa limini superiori: aut clauo æreo ianua. Draconis marini scorpionumq; ictus carnibus earū ipositi
 item araneorū morsus sanantur. in summa contra omnia uenena: uel potu uel ictu: uel morfu noxia
 succus earū ex iure decoctā: efficacissimus habetur. sunt & seruatis piscibus medicina. falsamento
 rumq; cibus prodest a serpente percussis & contra bestiarū ictus mero subinde haustero: ita ut ad uel
 peram cibus uomitione reddatur. peculiariter chalcide ceraste: aut quas sepas uocant: aut elopedip
 fade ue percussis. contra scorpiones largius sumi. sed non euomi falsamenta prodest ita ut sitis tole
 retur: & imponere eadem plagis conuenit. Contra crocodilorū quidem morsus non aliud presenti
 us habetur. priuatim contra præsteris morsum sarda prodest imponitur falsamenta & contra morsū
 canis rabiosi: uel si. non sint ferro ustæ plagæ corporaq; clysteribus exinanita. hæc per se sufficit & cō
 tra draconū marinū ex aceto imponitur. iidem & ex cybio profectus. Draco enim marinus ad spine
 suæ qua fuerit uenenū ipse impositus: uel cerebro toto prodest. Ranarum marinæ ex uino & aceto
 decoctarū: succus contra uenena bibitur: & contra ranæ rubetæ uenenū: & contra salamandras. Flu
 uitiales si carnes edantur iusue decoctarum sorbeat: profunt: & contra leporem marinum: & con
 tra serpentes supradictas. Contra scorpiones ex uino. Democritus quidem tradit: si quis extrahat ra
 næ uiuenti linguam nulla alia corporis parte adhærente: ipsaq; dimissa in aqua impōat supra cordis
 palpitationem mulieri dormienti: quacūque interrogaueris: uera responsuram. addunt etiam nū
 alia magi: quæ si uera sunt multo utiliores uite existimantur ranæ qua quā leges. namq; harundine
 transfixa natura per os. furculus in. menstruis defigat a mari adulteratorū tediū fieri. Carnib⁹ earū uel
 hamo additis: præcipue purpuras certū est allici. secur ranæ geminū esse dicunt: obicique formicis
 oportere eam partem qā appetant contra omnia uenena esse pro antido. sunt quæ in uepribus tan
 tum uluunt: ob id rubetæ nomine ut diximus. quas græci phrynos uocant. grandissimæ cunetarū.
 geminis ueluti cornibus plene ueneficiorū. mira de his certatim tradunt auctores. illatis in populū
 silentiū fieri. officulo quod sit in dextro latere in aquā feruentē deiecto refrigerari uas: nec postea fer
 nere nisi exempto adinueniri obiecta rana formicis: carnibusque erosis singula in solium addi. & ali
 ud esse in sinistro latere: quo deieto feruere uideatur: apocynon uocari. Canum impetus eo cohibe
 ri. amorem concitari. & iurgia addito in potionem. Venerem adalligatū stimulare. Rursus a dextra
 latere refrigerari feruentia. hoc & quartanas sanari alligato in pellicula agnina recenti: aliasque fe
 bres. amorem inhiberi eo. item ex iis ranis lyen contra uenena: quæ fiant ex ipsis auxiliatur. Cor uero
 etiam efficacius est. Coluber est in aqua uiuens: huius adipem & habentes qui crocodilos uenenū mi
 re adiuuari produntur: nihil contra bælua audente. Efficacius etiā nū si hæba potamogeton miscea
 tur. Cancris fluuitiales triti potiq; ex aqua recentes seu cinere adseruato: contra uenena omnia p̄sūt:
 priuatim cōtra scorpionū ictus cū lacte asinino: uel si nō assit. caprino uel quocūq; addi & uinū opor
 tet. necant eos triti cū ocimo admoti: Eadē uis contra uenena: oium morsus: priuatim scythalen
 & angus: & contra leporem marinum: ac ranā rubetam. Cinis eorū seruatus prodest pauori. prodest
 periclitantibus ex canis rabiosi moribus. Quidam adiiciunt gentianam: & dant in uino. nam si iam
 pauor occupauerit: pastillos uino subactos deuorandos ita præcipiunt Decem uero: cancris cū oci
 mi manipulo adallitis: omnes qui ibi sunt scorpiones ad eum locū coituros magi dicunt. & cū oci
 mo ipsoscinerēue eorū percussis imponunt. minus in omnibus iis marini profunt ut. Trasillus au
 etor est. nihil autem æque aduersari serpentibus q̄ cancos suesq; percussas hoc pabulo sibi mederi.
 cū sol sit in cancro. torqueri serpentes. ictus scorpionū carnes fluuitialium cochlearū resistunt crudæ
 uel coctæ. Quidam ob id falsas quoque adseruant. imponunt & ipsis plagis. coracini pisces nilo q̄

elape

blad
 10113

10113
 10113